UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXLVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

putare,& ſi iam penſiones, & affictus locatori ſoluiſ-
ſet, poterit id, quod ſoluit pro onere, & collecta præ-
dictis, à domino locatore repetere, ut eſt tex. in l.ædi
les.§.quicunq;.ff.de uia pub.qui tex. loquitur uniuer
ſaliter de quocunque, qui habitat mercede, quæ uer-
ba quicunque omnes, & quoſcunq; conductores cō-
prehendit, arg. l.baliſta.cum ibi not. per Bar.ff. ad tre
bell.& ita in terminis uoluit Bal. in d.l. 1.uer.6.in mu
nere. C.de iure emphyt. in hoc faciēs differētiā inter
emphyteotam, & aliū conductorem. Et ita etiā eſt de
mente ſpecu. in tit. de cenſi.§.nunc dicendum. verſi.
item pone. ¶ Vltimo pro concluſione prædicta facit
16 id, † quod uolunt doct. cōmuniter, uidelicet Bar. Bal.
& Ang. poſt gl. in l. 1.C. de anno & tribu. lib. 10. qui di
cunt, ꝙ licet cōductor, qui rem poſſidet, & fructus p-
cipit, & ſic conductor ēt ad lōgum tempus, & nō do-
minus, qui penſiones recipit, teneatur ad onera, quæ
merè ipſis rebus imponuntur, quales ſunt collectæ,
& alia huiuſmodi, quæ merè ipſis rebus imponūtur,
ut eſt tex. in d.l. 1.& 2.C. de anno. & tribu. tamen ipſe
non debet teneri ad onera, quæ perſonis rōne rerum
imponuntur, cuiuſmodi ſunt collectę, & alia ſimilia,
quæ perſonis ratione rerum à republica, & ſuperiore
imponūtur uel pro reparatione uiarum, uel aquædu-
ctus, ſed hæc onera ad locatores, qui pēſiones habēt,
ſpectant, & ideò pertinent ad uſufructuarios, qui quo
ad hoc ſunt loco domini, & ita intelligatur. d.l. ſi pen
dentes. d.l. hactenus. & d.l. quęro. Et ita expreſsè dicit
Bal. in d.l. 1. uolens ꝙ onus collectæ non pertinet ad
conductorem, ſed ad locatorem, quia ipſe eſt domi-
nus rei, arg. l. neque ſtipēdium. ff. de impen. in rebus
17 dot. fac. Et † in hoc eſt differentia inter onus, quod im
ponitur rebus, & onus, ꝙ imponitur perſonis pro ip-
ſis rebus, quod appellatur collecta, ut declarat Barto.
poſt gl. in uer. incolis. in l. reſcripto. in fi. ff. de muner.
& honor. & in l. honorem. & in l. fi.§. patrimoniorū.
ff. eod. tit. quia primum pertinet etiam ad cōducto-
rem, ex quo poſſidet, & tenet, ac fructus percipit, ſecū
dum uerò non pertinet ad ipſum, ſed ad locatorem,
quia dominus eſt, ut ibi per eos, qui dicunt ēt benè in
ſpiciēdum eſſe, qualiter, & quibus perſonis onus col-
lectæ pro ipſis rebus fuerit impoſitum. Sed onus ſol-
uendi ipſis fornicarijs pro reparatione, & cōſtructio-
ne cluſę Rheni impoſitum dicitur eſſe onus, ſeu mu
nus ipſis fornicarijs ratione rerum, & fornacum im-
poſitum, & conſequenter dicitur eſſe onus collectæ
iuxta ea, quæ uoluit Bart. in d.l. reſcripto. in fi. cum ſi.
quod apparet primo ex uerbis mandati R. D. quibus
mandatur fornicariis, ut pro fornacibus ſoluere de-
beant per ea, quæ uoluit Ang. in l. omnes. C. de anno.
& tribu. lib. 10. ſecundo conſtat ēt, quoniam ab hoc
onere ſoluendi ratione fornacum excipitur eccleſia
Ciſtercienſium, ſeu fornax dictæ eccleſię, ut in dicto
mandato R.D. continetur, ergo ex hoc cōſtat hoc eſ-
ſe onus impoſitum perſonis pro rebus, non aūt ipſis
18 rebus, † nam ad onus, ſeu munus ipſis rebus impoſitū
omnes etiam eccleſiæ, & clerici tenētur, ſed ad illud,
quod eſt perſonis pro rebus impoſitum, non tenētur
clerici, nec eccleſię, ut eſt tex. ī d.l. fi.§. patrimoniorū.
ibiq; Bar. iunctis not. per eum. in d.l. reſcripto. in fi. &
eſt bona gl. in rub. C. de muner. patrim. lib. 10.& gl. in
d.l. 2.C. de anno.& tribu. eo. lib.& Bar. in l. 1.C. de mu
lier.& in quo loco eod. lib. illud itaq; onus ad locato
res, qui penſiones habent, ſpectare debet, quia domi
ni ſunt, & non ad conductores, & præſertim in termi
nis noſtris hoc eſt concludendum, cum hoc onus di
catur fornicarijs impoſitum cū hoc, ꝙ illi, qui tenent
fornaces ad affictum, debeant ratas ſuas ſoluere, & il
las in affictibus ſoluendis ponere, & cōputare, ut ha-
betur in dicto mandato. Sed fornicarius, qui dictas li

bras quadraginta quatuor pro rata ſuæ forn[...]
uit, dictam fornacem ad affictum tenebat, erg[...]
ſoluit, debet, & poteſt in affictibus ſoluendis c[...]
tare, & ſi illos iam locatori ſoluiſſet, poteſt a[...]
ctas libras quadragintaquatuor repetere, cum[...]
re cōductor ad hoc onus abſque ſed remiſſi[...]
cedis non teneretur per tex. in l. ædiles.§.qu[...]
de uia pub.& per ea, quæ ſupra latius adduc[...]
Et ex prædictis apparet ēt reſponſum omn[...]
19 trarium ſupra allegatis, quia † aliud eſt in e[...]
ta, & aliud in conductore etiam ad long[...]
quia hic ſoluit penſionem in recompen[...]
ctuum, ille uerò in recognitionē domin[...]
penes conductorem ad lōgum tempus [...]
ſeu poſſeſſio naturalis perpetuo eſſe nō, [...]
penes emphyteotam, ut ex dictis ſcribent[...]
tur in d.l. 1.C. de iure emphyt. cum alijs pr[...]
20 Eodem † modo apparet reſponſum ei, qu[...]
fructuario dictum fuit, & pręſertim ex iis, [...]
minis uoluit Bar. in d.l. 1.C. de anno. lib. 10[...]
ad conductorem, qui tenet poſſeſſiones, & fr[...]
cipit, non ſpectat onus ſoluendi collectam, [...]
nus ipſis perſonis pro rebus impoſitum, ſed [...]
ad locatorem, qui penſiones recipit, quia ipſ[...]
nus eſt, & ideò hoc onus etiam ad uſufructu[...]
tinet, quia quātum ad hoc loco domini eſt [...]
quęro. cum ſim. Similiter non aduerſatur id[...]
21 ctum fuit de marito, ut in d.l. neque ſtipēdi[...]
maritus dicitur eſſe dominus, & habere dire[...]
minium, & utile, ut in l. doce ancillam. ibiq; [...]
betur. C. de rei uendica. Item ipſe poſſidet na[...]
ter, & ciuiliter d.l. in rebus. ibique no. C. de[...]
1.§. ſi uir. cum ibi not. ff. de acq. poſſ. Nec ob[...]
22 1.C. de anno. & tribu. lib. 10. quia † loquitur [...]
re, ſeu onere merè reali, quod ipſis rebus im[...]
non autem locum habet in munere, quod [...]
nis pro rebus imponitur, nam hoc ad condu[...]
non pertinet, ſed ad locatorem, qui penſiones [...]
& præſertim hoc habet locum in terminis [...]
te mandato R.D. ſupradicto, & ut dictum fu[...]
derato. Et ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Verba conductoris promittentis rebus locatis uti, & diligen-*
ter arbitrio boni uiri tanquam generalia, & ambigua [...]
tra locatorem interpretanda.

2 *Inter contrahentes omiſſum debet haberi promiſſo, [...]*
generalibus inſtrumenti comprehendi debet.

3 *In locatione ultra pacta expreſſa nil ſeruari debet.*

4 *Mos regionis in aliquo contractu quomodo probari poſſit.*

5 *Conductor in fine locationis de ſuo ſeminare, non tenetur [...]*
fuerit expreſſè conuentum.

6 *Conductor in fine locationis tenetur ſolum ad reſtitu[...]*
non deterioratam, & incorruptam, & quicquid eſſet [...]
ductoris in re locata, debet id ipſi à domino reſtitui.

7 *Conductor, ut in utilitatem locatoris opus aliquod in re [...]*
ciat, debet expreſſè conueniri.

8 *Conductor ad quid in ultimo anno conductionis tenea[...]*

9 *L. ſi merces.§. couductor. ff. locati. dum uult conduct[...]*
omnia ſecundum legem conductionis facere, item [...]
conductori opera ruſtica ſuo quoque tempore facere [...]
de qua lege, & de quibus operibus intelligatur, & [...]

11 *Conductor licet ultimo conductionis anno poſſet dici tene[...]*
locata ſeminare, non tamen intelligitur de ſuo ſemine.

EPITOME.

Conductor, etiam ſi promiſerit bonis locat[...]
genter, & arbitrio boni uiri uti, & frui, tamen [...]
& ultimo anno locationis illa de ſuo ſeminar[...]
tenetur, niſi hoc fuerit expreſſè conuentum.

CO[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CONSILIVM CXLVII.

VIso inſtrumento locationis, & proceſſu
cauſæ coram R.D. Auditore inter mona-
chos S. Hieronymi locatores ex una, &
Vincentium de Flubis conductorē ex alte
ra agitatæ ſuper quadā proteſtatione in ſeminis, & ſu
per poſſeſſionibus per dictos monachos præfato Vin
centio locatis ſeminandi, de iure uidetur eſſe ad fauo
rē Vincentii concludendū, ꝙ ſibi ius proteſtandi mo
do, & forma in dicta proteſtatione contentis compe-
tierit, cū is nō teneatur, nec obligatus ſit hoc ultimo
anno conductionis bona conducta de ſuo ſemine,
ſuisq; expenſis quantū eſt reſpectu ſeminis ſeminare
ad utilitatē, & cōmodū monachorū, ad quos fructus
annorū ſequentium ſpectare debent, & in primis, ꝗa
Vincētius cōductor promiſit, & ſe obligauit ipſis mo
nachis rebus & bonis locatis uti, & frui diligenter, &
arbitrio boni uiri, nulla expreſſa mentione facta de ſe
mine ultimo conductionis anno ſeminando. Vnde
1 verba illa uti, & frui diligenter, & arbitrio boni viri,
cum ſint uerba generalia, & ambigua, debent cōtra ipſos
locatores, in quorū fauorē fuerūt appoſita, intelligi,
ac interpretari, quia ipſis eſt imputandū, qui legē cla
rius, & apertius exprimere potuerūt. l. ueteribus, qui
tex. propriè in locatore loqtur. ff. de pactis. l. ſi in em-
ptione in prin. & l. labeo. ff. de contrah. emp. Præterea
2 ſi cū inter ipſos cōtrahentes de ſemine nō fuerit actū, id,
quod ſic tū omiſſum, debet pro omiſſo haberi, nec ſub
verbis generalib. in d. inſtrumento appoſitis cōprehē
di debet, & interpretatio facienda eſt ad fauorē pro-
miſſoris, & ſic Vincentii, qui ſimpliciter, & generali-
ter promiſit uti, & frui diligēter, & arbitrio boni uiri
nihil de ſemine exprimēdo, arg. l. quicquid aſtringen
dæ in princ. & ibi Bart. Alex. & alii. ff. de verb. oblig. l.
ſi extraneus. ff. de cond. ob cau. & c. mandatum. de re-
3 ſcript. Rurſus † lex, ſeu pactio, quæ locationi adiecta
reperitur, ſeruari debet, & nihil ultra, & ideò condu-
ctor ultra penſionem cōuentam nihil aliud locatori
præſtare tenetur, ut eſt tex. in l. legem. in 1. reſponſo.
C. locati quia imputādū eſt locatori, ſi ſibi per pacta,
& uerba expreſſa non prouidit, arg. d. l. ueteribus. &
eſt bonus tex. in l. circa. C. locati. ¶ Accedat ad hæc, ꝙ
mos regionis exiſtit, ꝙ inter cōtrahētes cōueniatur,
ut in fine, & ultimo anno locationis conductor tenea
tur de ſuo ſemine, ſuisque ſumptibus, & expenſis ſe-
4 minare, † qui mos per duo, uel tria inſtrumenta pro-
bari poſſet, in quibus ab aliis ita eſſet inter eos conuē
tum unica, quæ habētur per Bart. in l. ſemper in ſti-
5 pulationibus. ff. de reg. iur. Et ideò † cū in caſu noſtro
de hoc inter ipſos contrahentes non fuerit conuētū,
conductor ad hoc teneri non debet, arg. l. licet certis.
C. locati. & ideò dicit text. in l. colonus. ff. locati. ꝙ ſi
in lege conductionis comprehenſum non ſit, ut con
ductor uineas poneret, nihilominus ſi uineas poſue-
rit, dominus conductori tenetur ſatisfacere de eo, qđ
expendit, uel id in fine locationis in pēſiones debitas
6 compenſare, quia † conductor in fine locationis ad
aliud non tenetur, niſi ad reſtituendum rem non de-
terioratam, & incorruptam: & ſi quid ipſius condu-
ctionis in fundo fuerit, hoc ipſi à locatore reſtitui de-
bet. l. ſi conductionis. C. loca. & l. penul. C. unde ui. &
7 † ad hoc, ut conductor aliquod opus in fundo ad utili
tatem locatoris facere teneatur, debet hoc inter eos
expreſſe agi, vt eſt bonus tex. in l. ſi in lege. §. ſi domus
ibi. ſed de iis, quæ &c. iuncta glo. ff. locati. ¶ Adde, ꝙ
8 † conductor, qui ultimo conductionis anno tenetur
rem incorruptā, & arbitrio boni uiri locatori reſtitue
re, iuxta l. qui inſulā. in fi. cum glo. ff. locati. tenebitur
ipſi locatori ad intereſſe, ſi, cum annus exiturus eſſet,
cōſulto fructus ſequentis anni corrupit, puta immit-
tendo pecus, uel aliud dolosè faciendo. l. & hæc di-
ſtinctio. §. cū fundum. ff. locati. & l. ſi conuenerit. ff. fa-
mil. hercisc. ex quo infertur, ipſum conductorē ſolum
de eo teneri, ꝙ fructus anni ſequentis corruperit, nō
autem de eo, ꝙ is non fecerit fructus naſci, ut ꝙ non
ſeminauerit, nec cauſam fructibus, ſeu eorum natiui
tati dederit, tenetur enim conductor proſpicere, ne
in aliquo uel ius, uel corpus rei conductæ deterius fa
ciat, uel fieri patiatur, ut inquit text. in l. uideamus. §.
item proſpicere. ff. locati. non autem tenetur aliquid
de ſuo in re conducta apponere, ſeu expendere, ut id
finita locatione ad dominū pertineat. Siquid autem
colonus in re conducta fecerit, aut expenderit, quod
ad cōmodum, & utilitatem locatoris tendat, illud cō
ſequi, & repetere ab eo poterit. d. l. colonus. & eſt tex.
melior in iure. in l. dominus. §. 1. ff. locati. nam cōdu-
ctor aliquid in re conducta facere, ſeu expendere nō
tenetur, quod finita locatione cōmodum, & utilitatē
domini contineat, niſi expreſsè conuentum eſſet, ut
in iuribus ſupra proximè allegatis. Ex ꝗbus omnibus
ſequitur, ꝙ dictus Vincentius cōductor poſſeſſiones
cōductas de ſuo ſemine, & propriis ſumptibus ad uti-
litatem locatorum ſeminare non tenetur. ¶ Supereſt
modo, ut textui in l. ſi merces. §. conductor. ff. locati.
qui aliqualiter in oppoſitum facere uidetur, reſpōſio
accōmodetur, ibi enim conductor omnia ſecundū
legem conductionis facere debet, & ante omnia cu-
rare debet, ut opera ruſtica ſuo quoq; tēpore faciat,
ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum face-
ret, ergo ex hoc uidetur inferri, ꝙ conductor, duran-
te conductionis tempore, ſeminare ſecundum legē
conductionis teneatur. Sed huic textui reſpondetur
9 primo, ꝙ † dum in ſecundo reſponſo dicitur condu-
ctorē teneri omnia ſecundū legē conductionis face-
re, debet intelligi, hoc eſt ſecundū pactū, & conuen-
tionē inter contrahentes initā, ergo de eo, quod non
eſt ſecundum legē, & pactum conductionis initū, cō
ductor non tenebitur, ut ſupra latius dictū fuit. Secū-
10 do dū † ille tex. mandat conductori opera ruſtica ſuo
quoq; tēpore facere, debet intelligi de operibus, quæ
conſiſtunt in mero facto, uidelicet in arando, cæden
do, putando, & in huiuſmodi aliis meris factis, ut pa-
tet ex uerbis illius text. ibi facere debet, & ibi opera
ruſtica ſuo quoq; tempore faciat, & ibi ne intempeſti
ua cultura deteriorem fundum faceret, hoc idem ēt
colligitur ex illo tex. dum vult conductorem teneri
ad intereſſe, ſi illa facere prætermiſerit, q̄ obligatio
ad intereſſe habet locū in obligationib. meri facti, in
ꝗbus dicta obligatio ad intereſſe ſuccedit, ſi non fiat.
l. ſtipulationes nō diuiduntur. verſi. celſus. ff. de verb.
oblig. & l. ſi quis ab alio. in fi. ff. de re iudi. non autem
debet intelligi de operibus ruſticis, q̄ cauſam dandi
continent, prout ſi conductor de ſemine proprio ad
utilitatem, & cōmodū locatorū ſeminaret, cauſam
dandi contineret, quia illius ſeminis dominiū in lo-
catores trāsferri diceretur, cū quicquid ſeritur, & ſe-
minatur, ſolo cedat, & domino ſoli acquirat. §. qua
11 ratione. Inſtitu. de rerum diuiſ. Præterea † quāuis con
ductor ad hoc opus ruſticū, hoc eſt ad ſeminandū te-
neatur, ut in d. §. conductor. nō tamē tex. ille innuit,
ꝙ hoc de ſuo ſemine facere teneatur: immò, ut ex p̄-
dictis colligitur, de ſuo nō tenetur, & ſi de ſuo ad uti-
litatē domini ſeminaſſet, ſeu ſeminaret, poſſet ad ſe-
minis æſtimationem agere, arg. d. l. colonus. & d. l. do
minus. §. 1. ff. locati. cum aliis ſimil. præallegatis, quia
& ſi ad opera ruſtica, quæ in mero facto conſiſtunt,
teneatur, ut in d. §. conductor. non tamen ad illa, quę
in ſe etiam cauſam dandi habent, & continent, qua-
le eſt factum ſeminandi per prædicta. Reliqua ſup-
pleat R. do. Auditor. Laus Deo.

SVM-